



**Tractatvs De Præventionē Ivdiciali [!], Sev De
Contentione Ivrisdictionvm**

Tonduti, Pierre François de

Lvgdvni, M.DC.LXXIII.

Capvt LXII. Cùm mortuo delinquente delictum vt plurimùm extingatur,
sine tamen præiudicio partis quoad eius interesse ciuile, vtrùm quæstio
talis interesse tractanda sit coram Iudice & Notario ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98370](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98370)

center; quia (sicut dictum est) fructus considerantur de per se, & ab illorum excessiua taxatione, vel ab alio excessu expensarum, damnorum, aut interesse, datur appellatio; quæ tamen prohibetur aliquando in negotio principali: & ideo ista non possunt coniungi cum causa principali, ad hoc vt summa fiat

²⁰ Rotalis. Vnde tales causæ solent extra Rotam committi, ant si annexæ essent summæ fructuum cum aliqua notabilis summæ perpetua præstatione, tunc in Rota committuntur, quia tunc non tam de fructibus, quàm de iure præstationis perpetuæ contenditur; vt ipse dicitur, § 7.

²¹ Non ignoro quod Gl. in d. l. si qui separatim, § si quis cum vnâ in verbo poterit, in fine, constituit differentia in hac cumulationis summarum quæstione, inter causam quæ tractatur in prima instantia & causam appellationis, sed tamē ista glossæ distinctio, nō placet Bart. in d. § si quis cum vnâ, dum primam dūtaxat glossæ responsionem approbat, & per consequens alias reicere videtur: & apertius Imola ibid. n. 2. in fine, in vers. tertia autem, dicens nullam dari posse rationem diuersitatis inter causam principalem & causam appellationis, & Cum. ibid. n. 3. cuius hæc sunt verba: Et sic concludit, quod quādo in sententia plures summæ continentur, si ex eadem causa originaliter procedat, perinde est ac si summa esset expressa, quia appellatio sufficit. Et versa vicesi sententia continet summam concernentem ex diuersis causis, vt per totum condemnari in centum ex tali causa, & in viginti ex talis perinde est ac si separatim petita essent, & plures sententia lata: & si queratur de Iudice ad quem appellatur, erit dicendum secundum supradicta.

²² Ideo quidquid forsan obseruetur ex stylo Rotæ, tamen de iure quando eadem petitione actum est ad summam principalem & vltimas seu interesse, & tempore petitionis illud interesse iunctum summæ principali excedit modum iurisdictionis; verius est, Iudicem illum tanquam iurisdictione carentem, de causa illa cognoscere & præuenire nō posse. Inspicienda igitur semper erit forma petitionis. Si enim vtrumque, scilicet tam principale quàm interesse, eodem libello petatum fuerit, non est dubitandum quin fieri debeat cumulatō dum queritur de excessu iurisdictionis: si autem diuersis libellis & diuersis actionibus, vtrumque separatim considerari debeat, nulla summarum coacervatione facta. Et hæc est vera DD. resolutio in locis superius allegatis.

²³ Aduertendum nihilominus est, quod licet prædicta locum habeant dum de petitione agitur, aliud tamē statuendū est, quando de reconuentione quæstio est. Nam si ego prior petij maiorem quantitatem apud Iudicem, cuius de ea cognitio & iurisdicctio est, deinde aduersarius mox reconueniendo, maiorem quantitatem petit coram Defensore ciuitatis, cuius iurisdicctio minor est, malè agit. Nam debet aduersarius maiorem illam quantitatem petere apud maiorem Iudicem quem prior ipse adiit, & coram quo causa per ipsius comparitionem præuenta est. Sed si non per viam reconuentionis aut mutæ petitionis, sed potius separatim instituto iudicio per ipsum, actio proponatur, quilibet Iudex, cui iurisdicctio competit, procedere poterit, & de causa illa cognoscere, nec de vna ad aliam petitionem præuentio opponi poterit, vt explicat Cuiac. in d. l. si idem cum eodem, vers. itaque quidam malè, ff. de iurisdicct. omn. Iudic.

Ex ex his satis explicatum est, quibus in casibus minor Iudex qui præuenit, aucto summæ petitiæ valore, de præuentione contra alium Iudicem opponere possit, aut non facta videlicet, aut non facta summarum cumulatione, tam in prima instantia quàm in causa appellationis.

Vltimo loco dubitari potest, vtrum sit locus præuentioni inter duos Iudices, quorum vnus habet iurisdictionem limitatam ad certam summam minorem, alius ad maiorem; veluti si vnus cognoscere possit vsque ad summam 50. librarum, alius vero vsque ad centum, vtrum qui potest cognoscere vsque ad 100. possit vti præuentione aduersus illum, qui habet iurisdictionem vsque ad 50. si agatur de summa minori quàm 50. Respondetur inter illos locum esse præuentioni: quia illorum iurisdicctio est cumulatiua, vt fusè probatur ex communi DD. sententia, in lex factos, §. item quare ff. de vulgar.

iurisdictionem limitatam ad certam summam minorem, alius ad maiorem; veluti si vnus cognoscere possit vsque ad summam 50. librarum, alius vero vsque ad centum, vtrum qui potest cognoscere vsque ad 100. possit vti præuentione aduersus illum, qui habet iurisdictionem vsque ad 50. si agatur de summa minori quàm 50. Respondetur inter illos locum esse præuentioni: quia illorum iurisdicctio est cumulatiua, vt fusè probatur ex communi DD. sententia, in lex factos, §. item quare ff. de vulgar.

CAPVT LXII.

ARGVMENTVM.

Cum mortuo delinquente delictum vt plurimum exstinguitur, sine tamen præiudicio partis quoad eius interesse ciuile, vtrum quæstio talis interesse tractanda sit coram Iudice & Notario causarum ciuiliū, an verò causarum criminalium; & in quibus delictis Iudex aut Notarius criminalis qui præuenit, possit causam prosecui post mortem delinquentis? Et quanam sit circa hoc differentia inter publicam & priuata delicta, & inter dispositionem iuris Canonici, & Ciuilis. Fidei iussores delinquentium liberantur morte principalium. Quid agendum sit, si delinquens moriatur post interpositam à sententia in prima instantia lata appellationem.

SVMMARIVM.

1. Pœna per mortem delinquentis extincta, vtrum Iudex criminalis cognoscere possit de damnis & interesse partis.
2. Pœna per mortem delinquentis exstinguitur non solum quoad corporalem, sed etiam quoad confiscationem bonorum tam in publicis quàm priuatis delictis.
3. Mortui sunt præuenti in Supremo Dei tribunalis, deo contra ipsos cessant omnia iudicia tam ciuilia quàm criminalia; & quomodo contra mortuos in causis ciuilibus procedi possit.
4. In crimine hæresis etiam post mortem delinquentis procedi potest.
5. Intellige hoc procedere si agatur de hæretico formalis, secus si de eo qui solum suspectus est.
6. Qui de hæresi suspectus est solum, talis per sententiam declarari debet post obitum; sed si de vera hæresi confiteri potest etiam procedi ad damnationem memoria illius.
7. Post mortem eius qui de crimine læsæ maiestatis accusatus est, potest procedi ad pœnam confiscationis bonorum.
8. Actio durat post mortem ratione bonorum in crimine Repetundarum, idem in crimine Peculatus, n. 9.
10. Mortem qui sibi inferit conscientia criminis ductus potest post obitum condemnari; & quomodo hoc casu procedi debeat.
11. In delictis in quibus pœna confiscationis bonorum incurritur ipso iure Iudex criminalis procedere potest post mortem delinquentis.
12. Quando interesse partis ciuilis per viam actionis principaliter deducitur, debet intentari coram Iudice ordinario causarum ciuiliū.
13. In priuatis delictis causa præuentia & contestata contra defunctum, continuatur contra heredes. Fidei iussores delinquentium liberantur morte principalium.

- 14 In publicis iudiciis cessat praeuentionio si reus moriatur, etiam post litem contestatam, nisi deuentum fuerit ad sententiam & condemnationem uiuentis reo.
- 15 Ampliatur ut procedat, etiam si fuisset lata sententia, & poena pecuniaria declarata in consequentiam delicti, sed tamen ab illa fuerit appellatum, & reus pendente appellatione decedat.
- Mortuo appellante post sententiam, pendente appellatione, iudex tenetur sententiam proferre propter damna & interesse partis, & expensas.
- 16 Etiam in priuatis delictis si agatur de poena parti applicanda, mortuo reo, cessat & finitur praeuentionio iudicis criminalis.
- 17 De iure Canonico reus tenetur rescire interesse partis querentis, etiam secundum multorum sententiam ultra vires hereditarias. Quod tamen resatur, n. 18. & praesertim in foro conscientiae, n. 19.
- 18 Quando interesse partis civilis deducitur incidenter ad causam criminalem, potest de eo iudicari per iudicem criminalem, & praeuentionio illi prodest, quantum reus interim moriatur.

Si iudex criminalis qui nullam in causis civilibus iurisdictionem habet, praeuenit in cognitione delicti, & reus lite pendente vita functus fuerit, aut alia ratione criminem extinctum; dubitari potest, utrum iudex ille vigore suae praeuentionis controuersiam super interesse partis civilis motam, cognoscere & definire possit. Eidemque dubitationi locus esse potest ratione Notarii criminalis, cui in causis civilibus scribendi nulla facultas data est.

Hoc enim in iure definitum est, quod si reus lite pendente moriatur, delictum extinguitur, & actio criminalis omnino cessat: per text. in l. defuncto, §. ff. de public. ind. Cum igitur defuncto eo qui reus criminis est, & poena extincta sit, & illa extincta, cesset per consequens lis criminalis: si deinde pars laesa agere velit ad recuperationem damnorum & interesse; debet is cognoscere: cuius de pecuniaria re cognitio est, & sic iudex causarum civilium de hoc partis interesse cognoscere potest, ut probatur per text. in d. l. defuncto, §. 1. ff. de public. ind.

Quia legis dispositio procedit quidem generaliter, sed cum limitationibus de quibus inferius, n. 13. & seqq. Siue de poena corporali, siue de bonorum confiscatione agatur, & tam in publicis quam priuatis delictis. Semper enim mortuo delinquente cessat actio & prosecutio criminalis, ut per Gloss. & Bart. Alberic. Angelum & Imolam, in d. l. defuncto. Text. est in l. 3. ff. eod. tit. & in l. Senatus, §. si propter, ff. ad Turpillian. & in §. penult. vers. est enim certissima iuris regula, l. i. ff. de perper. & temporalib. actionibus, ubi dicitur, ex maleficiis poenales actiones in heredem rei non competere, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriae, quamvis aliud sit si actiones poenales ex contractibus descendunt veluti si de poenali stipulatione agatur, l. Lucius 47. ff. de actionibus emp. Menoch. conf. 99. n. 150. Peregr. de iur. fisci lib. 4. tit. 3. n. 1. & seqq. Guazz. de defensorum, 35. c. 27. n. 1. & per totum, & diffusius in tract. de confiscat. bonorum, concl. 18. per totam. Mortui enim praesentis sunt à summo Iudice Deo, & vocati ad maius tribunal, adeo ut omnia contra ipsos humana iudicia cessent, ut dicit Oaren. de offic. Inquis. p. 2. tit. 19. §. 1. n. 1. Vnde etiam in causis civilibus sententia in personam mortui concepta nullitate laborat, & licet instantia transeat ad heredem, tamen contra eum procedendum est non contra defunctum, ut fufius explicat Gratian. de scepi. forens. c. 18. n. 19. & seqq. c. 24. n. 9. ubi vult dari restitutionem in integrum aduer-

sus talem sententiam, & tradunt DD. in l. nulla 23. C. de procur. Maltrill. dec. 137. ubi disputat utrum hoc procedat, siue Iudex sciuerit mortem, siue illam ignorauerit: Franc. dec. 245. n. 1. p. 2. Surd. conf. 99. n. 1. & seqq.

Si tamen agatur de crimine haereticis, poterit de eo etiam post obitum quis accusari, non quidem ut corporaliter puniatur: quia poena corporalis non cadit in mortuum, sed ut defuncti memoria damnetur, & bona haeretici fisco applicentur, & aliàs procedatur prout in simili casu procedi solet, c. filij, de her. in 6. Clar. in §. haereticis, n. 21. Peregr. de iure fisci lib. 4. tit. 3. n. 29. quod fufius explicat Farin. de inquisitione, q. 10. n. 38. & seqq. & de haereticis, q. 197. n. 86. Quod verum est, si agatur de illis qui sunt haeretici formales, non enim ex eo quod quis sit suspectus de haereticis, post eius mortem procedi potest ad poenas delicti, haereticis conuenientes. Farin. d. q. 197. n. 104. quare licet Inquisitor causam prosequi debeat, contra accusatum de haereticis qui lite pendente vita functus est; Tamen si sola contra ipsum haereticis suspicio refulerit, non poterit eius memoria damnari, sed dumtaxat per sententiam declarabitur de haereticis suspectus: At vero si adsint probationes super haereticis, damnabitur etiam eius memoria, sed non poterit contra eum, qui simpliciter de haereticis suspectus declarabitur, imponi pecuniaria poena, nec contra alios haereticos; prout haec omnia explicat Cæsar Caren. in tract. de offic. Inquis. p. 2. tit. 19. §. 1. n. 9. & 10.

Eadem ratione in crimine laesae Majestatis humanae, procedi poterit post mortem rei quoad poenam confiscationis bonorum, cum poena corporalis aduersus mortuum imponi non possit; quia eius executio impossibilis est, l. Pamonius, §. rei perductionis, ff. de requir. reis. l. donationes in concubinam, §. fin. ff. de donationibus. l. fin. C. ad l. Iulianam Maest.

In crimine quoque Reperundarum, quando Iudex indebitè à subditis, vel litigantibus pecunias extorquet, durat actio post mortem rei, ratione bonorum; & per consequens causa coram Iudice criminali praesentia in hoc & similibus casibus tractanda est, l. ex iudiciorum, & ibi Gloss. & DD. ff. de accusat. Quod & eodem modo constituendum est si agatur de crimine Peculatus: causa enim in hoc crimine durat ratione bonorum coram eodem Iudice, etiam contra haeredes defuncti, per text. in l. finali, ff. ad leg. Iulianam pecul.

Quod si agatur de eo, qui mortem sibi conscivit conscientia criminis, postquam fuerat accusatus, vel inquisitus, aut in crimine deprehensus; durat actio ratione confiscationis bonorum etiam post eius mortem, ita tamen ut non procedatur ad confiscationem, nisi quatenus delictum de quo accusabatur tale esset, ex quo poena confiscationis imponi debuisset, hoc enim casu habetur pro confesso & conuicto. Possunt tamen haeredes defendere, & contrarium probare, l. finali, & ibi DD. ff. de his qui ante sent. mort. sibi conseruerunt, Farin. de homic. q. 128. n. 46. & per totam questionem, Peregr. de iure fisci lib. 4. tit. 4. & bene Rot. Auenion. apud Dominum à Laurent. dec. 123.

Denique quando delictum est tale, ex quo ipso iure poena confiscationis bonorum incurritur, actio, praesentio, & accusatio durat quoad bona, post mortem delinquentis, l. Caius, ff. ad Syllaniam. l. ex iudiciorum, vers. adeo, ff. de accusat. plura de his omnibus Peregr. de iur. fisci lib. 4. tit. 3. per tot. Farin. de inquisit. q. 10. a n. 36. Valq. contron. illust. c. 96. Gomel. var. res. lib. 3. c. 1. a n. 78. cum pluribus aliis, quos citat Barb. ad l. m. C. ex delictis defuncti in quantum haeres conuen.

Durat igitur in omnibus istis casibus praesentio, effectus etiam post mortem delinquentis, idemque Iudex vel Notarius criminalis causam ceptam continuare

tinuare debet. Quod tamen non ita se habet in aliis casibus, in quibus delictum, seu pœna illius morte delinquentis extinguitur: quia si aduersus hæredes agendum sit, cessabit omnino criminalis actio, & noua civilis proponenda erit, cum non amplius incidenter civile partis interesse deduci queat. Extinguita quippe criminali, quæ principalis erat, extincta etiam erit actio civilis eius accessoria, & sic locus erit dispositioni *dictæ l. de functo, §. 1. ff. de public. iudic.* vt scilicet coram illo Iudice causa tractanda sit, cuius de pecuniaria re cognitio est; vt bene per Bartolum & alios in *dict. §. 1. Argentre. in consuet. Britanniæ. des. appropriaciones. art. 274. n. 18.*

¹³ Hoc igitur constituendum est pro maiori quæstionis elucidatione, quod quando agitur de priuatis delictis, actio regulariter transit ad hæredes, neque delinquentis morte finitur, quando lis fuit cū defuncto contestata; *l. 1. ff. de priuatis delictis. §. pen. vers. pœnalis. Inst. de perpet. & temporalib. action. l. pœnalis 124. §. non autem. ff. de reg. iuris. Fernand. Valq. contr. c. 96. n. 25.*

Contrarium sentit Peregrinus in *tr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. n. 1.* vbi dicit delicta morte extingui, etiam si agatur de priuatis delictis, dum pro eis criminaliter agitur, vel etiam ad pœnam pecuniariam. Sed non est propterea recedendum à prædicta resolutione, quæ locum habet, quando lis est contestata in priuatis delictis; tunc enim pœnales actiones transeunt in hæredes; cum tamen in publicis, morte delinquentis delicta finiatur, etiam si mors interueniat post litem contestatam; adeo vt etiam fideiussores delinquentium liberentur: vt per Farin. *de inquis. q. 10. n. 36. circa med. vbi nominatim loquitur de fideiussore delinquentis, per illius obitum eximendo; quod comprobatur Valq. quæst. illustr. q. 96. n. 23.* Præterea supradicta resolutio locum non habet, quando agitur ad pœnam fisco applicandam, etiam in priuatis delictis; quia tunc mortuo delinquente delictum extinguitur, quamuis lis fuisset contestata: vt bene probatur Farinac. *d. q. 10. n. 54. & mox dicemus n. 16.*

¹⁴ In publicis vero iudiciis, ad hoc vt actio transeat ad hæredes, non sufficit litis contestatio, sed oportet delinquentem mortuum esse post condemnationem; nam si ante condemnationem vita functus sit, actio non transit ad hæredes, sed lis finitur, & per consequens cessat præuentionis, Barbof. in *l. 2. C. ex delict. defuncti. n. 5.* Farin. *de Inquis. q. 10. n. 53. †* Imò non sufficit ad agendum contra hæredes in publicis delictis, vt lata fuerit sententia; sed oportet quod ab ea non fuerit appellatum. Alioquin si reus pendente appellatione decedat, cessabit delictum & illius pœna, & per consequens criminalis actio, & pœna confiscationis bonorum, aut alia pecuniaria in consequentiam delicti & criminalis iudicii declaranda; secus si principaliter & non in consequentiam criminalis iudicii ad pœnam actum fuerit, ipsaque pœna principaliter fuerit imposita; hoc enim casu licet post appellationem mors interueniret, datur tamen actio contra hæredes ad pœnam, qui possunt & debent causam appellationis proseguere, si pœna condemnationem & executionem effugere velint, & causas deducere & probare, propter quas non debet procedi ad declarationem illius pœnae, Valqu. *d. cap. 96. n. 17. & 18. Farin. d. q. 10. n. 47.*

¹⁵ Quod adeo verum est, vt Iudex hoc casu non obstantem morte delinquentis, quæ post appellationem

obuenit, teneatur parte requirēte procedere ad prolationem sue sententiæ, vt accusatori adiudicentur damna, interesse & expensæ; ad quæ delinquens, si viveret condemnandus esset; cum de pœna criminis tunc non agatur, sed de rei persecutione: Ita decisum apud Fabr. in *C. lib. 4. tit. 12. ex delict. defuncti. defun. 1.* Quod etiam obtinet, si agatur ad declarandam appellationis desertionem: nam ad hoc agi poterit contra procuratorem dominum litis effectum, ideo contra eum fieri poterit prosecutio pro interesse partis querelantis: Fabr. *loco citato. definit. 2.*

Quod autem de priuatis delictis dictum est, tunc locum habet quando agitur de pœna fisco applicandam, nam si parti applicari deberet, transiret actio contra hæredes; sed tunc non esset criminalis, imò potius civilis, quæ non coram Iudice causarum criminalium, sed coram Iudice ordinario civilium partium tractanda esset: per text. & DD. in *d. l. de functo §. 1. Farin. d. q. 10. n. 54.* vbi generaliter dicit in priuatis delictis si civiliter agatur, actionem transire ad hæredes lite contestata; si vero criminaliter agatur ad pœnam fisco applicandam, pœna non transit ad hæredes, etiam post litem contestatam, quamvis ageretur de priuatis delictis: Bart. in *l. ex iudiciorum. ff. de public. iudic. Olsch. dec. 149. n. 2. & 7.* quam decisionem explicat Farinac. *loco citato. n. 54.*

Prædicta omnia vera quidem sunt, si iuris Civilis sanctiones attendamus: At verò de iure Canonico, aliud statuum est. Teneatur enim hoc iure, & conueniri potest hæres ex delicto defuncti, *finalis de sepultur.* Non tamen obligari potest ultra vires hereditarias, quando verè & realiter nihil occultauit, secundum multorum sententiam, quam tamen reprobat Menoch. *conf. 89. n. 159. & 160.* vbi refert tres DD. opiniones, & tandem verius esse concludit hæredem, qui non confecit inuentarium, teneri ex dispositione iuris Canonici ultra vires hereditarias, & notat Gratian. *discept. forens. c. 33. n. 9.*

Sed tamen contrarium verius esse testatur D. Sc. nator Leotard. in *tratt. de usur. q. 94. n. 28.* dicens hoc esse communiter receptum, vt hæres non conueniatur ultra vires hereditarias, ex delicto defuncti: quia cum hoc contra iuris Civilis regulas, Pontificiis constitutionibus introductum sit, ita temperandus est rigor ille, vt actio ex delicto descendens in hæredem non afficiat, nisi quatenus ad eum ex hereditate peruenit. † Imò & in foro conscientie credendum est poenitenti, quamuis inuentarium non confecerit, dummodo fraus absit, vt ultra vires hereditarias minimè teneatur, vt ostendit Dian. *p. 1. resol. moral. tratt. decimo. de legibus, resol. 27. pag. mihi 185. versu. cum igitur hac sententia, & p. 3. tratt. 5. resol. 56. versu. & ead. ratione. pag. 200.*

Et ex his constat, quibus in casibus causa coram Iudice criminali præuentiva, coram ipso, post extinctum morte delictum, continuanda sit; quando videlicet principaliter, & non incidenter de illa causa tractatur, deficiente fundamento Iudicii criminalis à quo civilis actio dependebat.

Hinc secunda Pars de Præuentione Iudiciali finem impono, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, & gloriosissime Virginis Mariæ. Omnia submittens correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ, & Tribunalis Vniuersalis Sancti Officii Urbis Romanæ, & cuiuslibet melius sentientis.